



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118324

§. 12. Basileensium Oratores tandem auditi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

Sæcul. XV.
A.C. 1442. reposuit, iniquum esse damnatos, & schismaticos audire, si vero iis, quæ præponere cupiunt, aures præberi vellent, Joannem de Segovia, ejusque socium advocarent, tuncque responsum illis esse dandum. Hosce Delegatos, totumque negotium Cæsar ad illos remisit, quos ad discutienda eorum jura nominaverat.

§. XI.

Fridericus Aquisgrani coronatus.

*Cuspinian.
de Cæsar.
in Frid. III.* Sub idem ferme tempus Fridericus Aquisgranum profectus est, coronam Imperii suscepturus, quam decimo septimo Junii a Theodorico Coloniensi Archiepiscopo accepit. Referunt Historici, accessisse quoque ad hæc solemnia Ludovicum Cardinalem Arelatensem, sed a Joanne Heinsbergio Leodiensi Episcopo, qui Eugenio adhærebat, fuisse repulsum, atque e civitate abire jussum. Obluctabatur etiam Joannes, ne ullus Cardinali honor exhiberetur, Coloniensis tamen Archiepiscopus tumultum sedabat.

§. XII.

Basileensium Oratores tandem auditi.

Patric. 1601. Cum interea Cæsar absens esset, Augustanus, & Chiemensis Episcopi, Marchio

chio Rothlinganus, & Thomas Hafelba-
 chius celebris Theologus, quos Frideri-
 cus cum Eugenii, & Synodi Legatis col-
 laturus decreverat, contendentibus ad
 exponenda jura sua opportunum tempo-
 ris spatium concesserunt. Primi audie-
 bantur Basileenses, ex quibus Panormi-
 tanus Juris consultorum ævi sui facile
 princeps, in tertiam usque diem probare
 conabatur, Basileensem Synodum legiti-
 me continuatam esse; Papam eidem o-
 bedire adstrictum, nec illam dissolvere,
 nec transferre potuisse; Ferrariensem ve-
 ro conventum Oecumenici Concilii præ-
 rogativa non gaudere; Eugenium a Ba-
 fileensibus merito exauctoratum, & in e-
 jus locum Felicem rite susceptum fuisse;
 eique omnes Fideles de necessitate salu-
 tis obedientiam præstare, eumque tan-
 quam solum, & unicum Christi Domini
 Vicarium colere debere. Tandem obje-
 ctas Adversariorum suorum rationes di-
 luere, & quoddam Eugenii decretum,
 quod ab his verbis incipit: *Etsi non dubi-
 temus &c.* pluribus argumentis resellere ag-
 grediebatur. Hæc omnia gesta fuere pri-
 vatim, remotisque arbitris.

§. XIII.

*Basileensium dicta ab Eugenii Legatis
 confutata.*

Deinde Eugenii Papæ oratores apud
 eosdem

Sæcul. XV.
 A. C. 1442.